



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXV. V. Sint peccata, ante Baptismum, co[m]missa necessariò confitenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput II. De Materia

Responſio. **O**riginale peccatum Confessione neuti-
quam obnoxium est, etiamſi homo ad
adultam peruenerit ætatem: Sola enim ea
scelera sub Confessionem cadunt, quæ sunt
personæ alicuius propria, ac voluntate pro-
pria commissa, quale non est originis pecca-
tum. Est enim non alicuius personæ pro-
prium peccatum; sed commune naturæ vi-
tium, nec est propria voluntate, sed aliena
contractum. Igitur ad sui remissionem actû
personalem non exigit, sed potest per alteri-
us actum remitti, putà, per ablutionem Ba-
ptifinalem.

SECUNDO, idem probatur; quia pro
originali peccato, nemo luit pœnam sensus,
vt equidem existimo. Igitur non est neces-
sarium, de originali pœnitere, nec illud vo-
caliter confiteri; quandoquidem Confessio-
nis vocalis, de qua loquimur, inter alias,
quas habet, cõditiones, vna est, vt fit lachry-
mabilis, id est, ex cordis pœnitentia proce-
dens.

TERTIO, quia originale peccatum,
suo peculiari expiatur Sacramento; nimirû
Baptismo, idque tanta cum efficacia, vt om-
nis culpæ & pœnæ reatus prorsus tollatur,
ac proindè ad eius remissionem non fit aliud
Sacramentum necessarium.

Quæstio *Suntne peccata, ante Baptismum com-*
XXV. *missa, necessariò confitenda?*

Non:

Non: Quia, si necessarium esset, peccata ante Baptismum commissa, voce Sacerdoti cōfiteri; vel essent cōfitenda ante Baptismi susceptionem, vel post. Non prius, quia ante Baptismum non habet locū Sacramentalis Confessio, de qua loquimur, cūm Baptismus sit ianua Sacramentorum, & Pœnitentia sit secunda tabula post naufragiū. Nec id etiā tenet Ecclesiæ cōsuetudo; sed catechumeni Baptismū expetētes, baptizātur etiam si Sacramentalis Confessio non præcedat.

Nec secundum; quia cūm virtute Baptismi omnis culpæ totiusque pœnæ reatus condonetur, perfectè nihil est remoræ aut obstaculi, quò minùs ad eum modum ex hac vita decedens, cōtinuò ad æternam felicitatem immortalēque vitam transferatur. Quare non est necessarium illi postmodum illa peccata confiteri.

Et confirmatur ex fine ipsius Confessionis, qui affecutio veniæ: Nam Confessio hæc, de qua loquimur, est Confessio peccatorum facta Sacerdoti, cum spe veniæ, seu ad finem, veniæ consequendæ: Sed cūm hæc venia sit plenissimè in Baptismo adepta, nō habet locum postea spes huiusmodi veniæ, vt ait Paulus: Quod videt quis, quid sperat?

Rom. 8.

Idem comprobatur Ambrosius: Gratia Baptismalis, inquit, non requirit gemitum, nec planctum, nec vllam satisfactionem. Quod liad Rom. citans Petrus Lombardus, & alij, exponunt, Mag. Sent. non in 4.

Respsio.

Caput II. De Materia

non esse necessariam Satisfactionem vllam
exteriorem de peccatis, ante Baptismum cō-
missis, quippe quæ omnia per Baptismum
plenissimè condonantur, & sunt, ac si non
essent commissa: Sed vocalem Confessio-
nem exigit D E V S, loco satisfactionis pro
offensa contra D E V M per peccatum com-
missa. Igitur Confessio peccatorum, ante
Baptismum commissorum non est de neces-
sitate salutis.

Questio Teneturne homo etiam mentis cogita-
XXVI. tiones prauas confiteri?

Resposio. PECCATOR quisquis lethalia peccata post
Baptismū patrauit, tenetur ea omnia con-
fiteri, non solum exteriori opere; sed etiam
intima mētis cogitatione commissa, siue so-
la sint, siue exterioribus coniuncta. Id pro-
batur ex dicto Christi, sæpe citato: Quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis;
Et quorum retinueritis, retenta erunt.

Ioan. 20.

Nunc quæro, an Christus hīc solum de
peccatis exterioribus locutus sit, an etiam de
interioribus.

Prius illud veritati consentaneum nō est,
quia tūm satisfaceret peccator Diuino præ-
cepto, si sola exteriora confiteretur, & ab
eisdem à Confessario absolueretur; præte-
rea Confessarius non haberet à Christo po-
testatem absoluendi, nisi ab exterioribus:
quo-